



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Quænam conditiones requirantur, ut Clerici aliæve personæ
Ecclesiasticæ etiam regulares teneantur, imò licitè possint contributiones
illis imponi, vel ab iis exigi possint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. II.

An bona Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, sint immunia, & exempta ab oneribus, seu tributis etiam novis, & extraordinariis?

Respondetur bona talia, quamvis in territorio Principis v. g. secularis existant, siue sint proprie Ecclesiastica, siue sint patrimonialia, siue mobilia sint, siue immobilia, de iure communi tam civili, quam canonico sunt immunia & exempta à novis his extraordinariis tributis, collectis &c. exactioibus, gabelis & vectigalibus, quæ Principes seculares à suis subditis exigunt, vel his imponere solent ratione honorum, quæ possident *c. non minus 4. & c. adversus 7. h. r.* Cubi sub excommunicatione hæc talia fieri prohibentur, *c. nonnulli. 1. h. r. in 6. c. quamquam 4. de censibus in 6. authent. item nulla. Codice de Epis. & cleric.* talium enim onerum exactio, & impositio, cum sint actus jurisdictionis. Principi autem seculari, nulla in Clericos, aut Ecclesias iurisdictio competat, consequenter nulla etiam operum talium exactio, aut impositio, cum ut Apostolus dicit ad Rom. 13. idem præsent illi, ad quos scripsit, tributa, quia subditi sunt: quæ omnia bullâ suâ Urbanus 8. confirmat, editâ 1641. die 23. septembris, quæ incipit, *Romanus Pontifex*: quæ autem in contrarium ex utroque iure nunquam afferuntur, vel tantum loquuntur de facto, siue de eo quod fit, non autem de iure, prout plurima hodie contra hanc immunitatem fiunt, de quibus, utrum iuste fiant, Deo red-

denda erit aliquando ratio; vel de re realibus oneribus loquuntur; vel de temporibus gentium Imperatorum tantum bona, sed sanguis etiam Clericorum patiebatur, vel per leges contrarias abrogata sunt &c. & quibus die etiam multa fiant, contra immunitatis privilegia, ut contra consuetudine videri possint illa privilegia abrogata, saniores tamen Theologi Canonistæ fatentur, per nullam immemorialis temporis consuetudinem exactiones hæc coherescere posse, tantum ab Oecumenicis Conciliis, & ab ipsis etiam Imperatoribus licet tales exactiones damnentur, & reprobandæ. Ut ne tamen in publicis necessitatibus, ubi tam de Clericorum bonis, quam de Laicorum, æquale periculum est, bonum commune, ob exemptionem tantum patiatur, fiunt suæ exceptiones, & allatis iuribus, ubi ostenditur, quod etiam Clerici ex suis bonis, etiam Ecclesiasticis, ad communem necessitatem sublevandam concurrere debeant. De quibus mox

§. III.

Quenam condiciones requiruntur, ut Clerici alieve personæ Ecclesiasticæ etiam regulares teneantur, tam hæc quam sint contribuere; & quando etiam hæc & extraordinarie collectæ, seu contributiones illis imponi, vel ab ipsis exigere possint?

Plura requiruntur, ut scilicet fiat contributio Clericorum, & talium personarum. Primum quidem, ut in tali communis periculi, & necessitatis, ut

quò casu etiam personas Ecclesiasticas collectari posse, concedunt jura in *cit. s. non minus, & incit. c. adversus* requiritur juxta hæc *c. c.* ut Episcopus & Clerus (putant tamen aliqui sufficere Capitulum Cathedrale cum Episcopo) deliberent, an & quantum Laicis concurrendum sit. Secundò requiritur, ut necessitas sit non tantùm communis Laicis & Clericis, sed sit valde magna, aut evidens utilitas subfit, cui relevandæ saltem communes Laicorum facultates non sufficiant. Tertiò requiritur, ut contributiones ab Ecclesiasticis fiant sponte, & absque ulla (secularium scilicet) coactione, & exactioe. Quartò ut prius de tali contributione consulatur Summus Pontifex, & hujus habeat ut licentia, ita ut Clerici prius contribuere non possint, quàm Summi Pontificis habeatur licentia (nisi urgeret ipsarum etiam Ecclesiarum, aut personarum Ecclesiasticarum nimia necessitas, & in mora periculum esset) cujus est privilegium collectandi, etiam Clericos, secularibus Principibus concedere, nisi in prima fundatione, aut bonorum in Ecclesiam donatione, translatione, &c. collectandi jus in talibus bonis sibi reserverint tales fundatores, aut donatores, &c.

§. IV.

An Clerici teneantur contribuere pro necessitatibus vel utilitatibus publicis communibus Laicorum & Clericorum?

PRO reparandis pontibus v.g. fontibus, muris civitatis, viis publicis re-
Pirhing, Compend.

ficiendis, arcendis fluviorum alluvionibus cum damno agrorum tam ad Clericos quàm ad Laicos spectantium, &c. De his ergo

Respondetur probabilem quidem sententiam esse, quòd ad tales contributiones teneantur etiam Clerici, cum contributiones tales non imponantur subditis, titulo jurisdictionis, sed sint communes omnibus civibus, pro communibus utilitatibus, quarum commodis fruuntur: probabiliorem tamen sententiam esse, quòd neque ad has communes necessitates contribuere possint, aut debeant, nisi servatis conditionibus priore §. relatis, cum relata jura, tam Civilia, quàm Canonica, ab his etiam contributionibus eximere videantur; si enim milites v.g. & magistratus, ac alii sæpe Laici, ab his oneribus eximuntur, quia publico bono aliis in negotiis deserviunt, cur non etiam Clerici sint eximii, qui in bonum spirituale, Laicorum etiam occupati sunt, & laborant? & quamvis membra sint ejusdem communitatis, & communibus his communitatis talis commodis gaudeant, sunt tamen membra privilegiata multùm à secularium Civilibus occupationibus distincta; facilius tamen semper erit harum contributionum collectio, & exactio, modò fiat à magistratu Ecclesiastico, & serventur aliæ conditiones à jure præscriptæ.

§. V.

De immunitate, & exemptione Clericorum à tributis, aliisque oneribus merè personalibus.

PRIMò quòd Clerici sint eximii à tributo capitationis, si Princeps secularis
M m m v. g.